UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

V. De præbendis & dignitatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

V. *De præbendis & dignitatibus.*

1 DEinceps dicamus de rebus, quatenus
noſtrum inſtitutum pertinent. Ha
genera quatuor ſunt. I. Præbendæ. II.
Eccleſiæ, ut fundi & ſervi. III. Peculium
ricorum. IV. Decimæ, primitiæ, & obla
2 nes. §. Præbenda eſt jus percipiendi re
Eccleſiaſticos. Non addo, ut quidam add
ex canonia proveniens: quia præbenda
eſt eſſe ſine canonia, ut e contrario can
poteſt eſſe ſine præbenda. *gloſſ. in c. cum*
in verbo receperunt. 3. de conſtit. Nec di
guo inter præbendam, titulum, & benefic
Nam re ipſa idem ſunt, licet uſu loqu
poſſint differre, quia fortaſſe in alia Eccl
vocatur præbenda, in alia beneficium
tulus, ut ſupra dixi de cuſtode & ſacri
& mox dicam de dignitate & perſonat
3 Præſens præbendarum expoſitio quinque
tita eſt. Primo loco conſideratur per
præbendata, cui duæ qualitates accidere
ſunt. Prima qualitas eſt dignitas, qu
prærogativa perſonæ Eccleſiaſticæ, qua p
diti appellantur Prælati, & jurisdictione
Eccleſiaſticam habent, ut Archiepiſcopa
Epiſcopatus, Abbatia. *Sup. de offic. ordin.*
& de judic. c. 2. & ibi gloſſ. ult. & de appel.
4 *c. reprehenſibilis* 26. §. Dignitas & perſona-
tus pro eodem accipiuntur. *Sup. de conſ. c.*
cum acceſſiſſent 8. ſed fortaſſe alibi vo

dign

dignitas, alibi perſonatus, pro diverſa loquendi conſuetudine. *Panorm. in c. cum de multa. num.* 21. ut ſupra dixi de ſacriſta, theſaurario, & cuſtode; nec non de beneficio, præbenda, & titulo.

VI. De clerico ægrotante vel debilitato.

ALtera qualitas eſt infirmitas corporis, propter quam quæri poteſt, an præbendam amittat; & ſi quidem clericus in levem nec diuturnum morbum incidit, ut in febrim tertianam, vel quartanam, nihil amittit, *cap.* 1. ſi vero morbo gravi & diuturno, vel perpetuo laboret, ut lepra, apoplexia, paralyſi, tunc ab adminiſtratione removetur, eique coadjutor adjungitur, qui curam habeat animarum. *c.* 3. *penult. & ultim. & Inf. lib. 6. c. un.* utrique autem de facultatibus Eccleſiæ proſpicitur. *d. c.* 3. *& d. c. un.* §. *præſenti.* De præbendato & ejus qualitatibus hactenus.

VII. De inſtitutionibus.

SEcundo loco conſideratur ipſa præbendæ conceſſio, quæ vocatur inſtitutio. *Inf. lib.* 9. *de reg. jur. reg.* 1. Nam inſtitutio (ut opinor) eſt dignitatis vel officii vel præbendæ conceſſio. Quæ quidem vocatur inſtitutio corporalis. *Sup. de offic. archidiac. c.* 7. & inveſtitura. *Sup. de ſent. & re judic. c. cum*